

Mens Principum & Oratorum ad Moscos

103
 Isti Oratores Caroli & Ferdinandi quibus præcedens hoc datum fuit responsum, prætextu quidem & specie tractanda inter Regem Poloniae & Moscum Concordiæ, quod palam præferabant, ad ducem Moscorum fuerunt missi, verum longe aliud fuit illis per principes eorum demandatum, nempe ut Moscorum Ducens contra Regem Poloniae incitarent, & instigarent, ut Rex Poloniae bello Moscovico distentus non posset Ludovicum Hungariæ & Bohemiæ Regem. Neptem suam Copius suis auxiliari- bus contra Turcum qui cum ingenti exercitu contra ipsum Ludovicum Regem in Ungariam adventabat, adjuvare, quo & facilius Rex Ludovicus sic destitutus periret, & Ferdinandus Ungariam & Bohemiam, quod semper votis omnibus cupiebat hac data occasione invade- re & occupare posset. Præterea si Rege Ludovicus occiso in conflictu cum Turcis habito Regnicæ Ungariæ & Bohemiæ, ad Regem nostrum Poloniae, utrumque hoc Regnum Ungariæ & Bohemiæ detulissent, facilius Rex noster minore negotio ab ipsius Bohemiæ & Ungariæ Regis

per Ferdinandum & Germanos reprimetur,
quam ab altera parte etiam bello per Moscos
Urgetur, eadem estate perit Rex Ludovicus
& Ferdinandus Ungariam & Bohemiam
invasit.